



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio Tertia. Episcopus praesumitur habere iurisdictionem in quolibet
loco suæ diœcesis. exemptio monasterij ab ordine & ordinariis,
intelligitur de ordinariis religionis. Reverend. P.D. Arrebaten. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

prohib. in 6. Clem. 1. in fine de preben. Rota dec. 2. de procurat. in antiq. & decif. 55.
numer. 4. par. 1. recent. coram San. mem. Greg. XV. decif. 208. numer. 2. & ibi adden.
numer. 7.

Præterea nec demum ad sustinendam erectionem dicti monasterii refraga-
re, quod aliundè à Patribus prædictis, commodè parari possint alimenta pro ma-
nutatione duodecim Fratrum mediantibus redditibus ipsius congregationis, ac
elemosynis, quæ fieri possent ex concursu piarum personarum ad d. Ecclesiam;
nam testator jussit, ut in conventu erigendo tot Patres commorari deberent, quor
um redditibus suæ hereditatis, deductis expensis necessariis pro Ecclesia alimentata
possent, ibi: *Declarando che vi debbano stare tanti Padri, quanti l'enrata della
mia heredita potra mantenere dedotte le spese della chiesa à ragione di soldi 50. per Padre,
injungendo ad hunc effectum suis heredibus onus obtinendi supradictam dero-
gationem sub illa clausula, & non alias, & idè videtur noluisse suam heredita-
tem dictis Patribus relinquere, quàm sub dicta conditione, qua proindè non ad-
impletâ institutio defecisse dicitur, & factus locus substitutis in casu contrario vo-
catis. Rota decif. 86. numer. 39. & 40. & decif. 222. numer. 14. & 15. par. 6. recent. &
planè comprobatur d. decifio jam edita in hac causa in fine principii & §. sed etiam, ac
in Bonnonien. domus 27. Novembris præteriti §. 1. vers. idè que petite immisionis co-
ram Reverendiss. D. meo Decano. Ea enim quæ conditionaliter disponuntur, quo-
rum conditio est voluntaria, sicut in hoc casu, non valent per æquipellens adimple-
ri, sed formaliter ac specificè per se adimpleri debent juxta doctrinam Bart. in l. 40.
Gallus §. quid sit tantum col. 2. vers. contra hoc opponess. de liber. & posth. conf. 110. nu-
mer. 9. & 10. lib. 3. Honded. conf. 60. numer. 27. vers. formaliter Casanatt. conf. 4. num-
46. latissimè Altograd. conf. 46. numer. 12. & seqq. præsertim quando prout hic in c. 41
Galzanett. de condit. par. 1. c. 6. numer. 4. & dixit Rota decif. 433. sub numer. 4. par. 1. di-
vers. Nee insuper dd. Patres possent supplere ex redditibus aliorum conventuum,
ut prætendunt, cum ad hunc effectum omninò sit necessarium beneplacitum A-
postolicum, sicuti firmatum fuit in d. decif. R. P. D. mei Albergati §. ut ignur &c. 42*

DECISIO TERTIA.

Episcopus præsumitur habere jurisdictionem in quolibet loco suæ diœcesis.
exemptio monasterij ab ordine & ordinariis, intelligitur de ordinariis religiosis.

REVE-

Reverend. P. D. Arrebaten.

Calaguritana seu nullius jurisdictionis.

Luna 5. Maii 1608.

SUMMARIUM.

- 1 Jurisdictio probatur per annuas sol- exemption.
- 2 Item per solemnem receptionem.
- 3 Item per testes.
- 4 Episcopus presumitur habere jurisdictio- nem in sua diocesi.
- 5 Exemptio personarum non facit locum
- 6 Ecclesia exempta non desinit esse de his- cessi.
- 7 Abbas si habeat jurisdictionem curiale- tiavam cum Episcopo, adhuc Episcopus manet verus Diocesanus.

Proposui dubium, an D. Episcopus Calaguritanus sit manutendendus in qua possessione juris diocesani, quoad oppidum Nagera, quod affirmativè relatu- lum fuit, cum enim pendeat ex eo, an sit in diocesi Calaguritana, id jam bis de- citem fuit 4. Junii 1603. & 16. Junii 1604. coram R. P. D. Decano, & 26. Junii 1604. coram me.

Idemque confirmatur ex deductis in hac positione. Nam in concordia in- ta 1412, eique subsequuta confirmatione Apostolica, in qua utraque pars se fundat, enuntiatur hoc oppidum Diocesis Calaguritanae, eademque enunciativa habetur in privilegio Innocentii VIII. producto ex parte Abbatis, deinde Abbates soliti sunt Episcopo vigore dictae concordiae solvere duas provisiones annuas, quae arguunt ju- risdictionem ejus, cui solvuntur. *tot. sic. de consibus.*

Et inter caetera in concordia ordinatum fuit, ut quoties Episcopus accede- ret ad Monasterium, solenniter reciperetur, & campanae compullarentur, quan- do de novo eligitur, vel à Curia Romana revertitur, quos honores non est veri- simile exhibitos fuisse ratione Parochialium Ecclesiarum, quas Monasterium habet in Diocesi Calaguritana, quia hoc fuisse expressum prout etiam tempore concor- diae, si oppidum Nagera non fuisset de Diocesi Calaguritana Abbas non prae- tenuisset hoc allegare. Nam illà solà allegatione poterat se liberare ab omnibus prae- tensionibus Episcopi. Praeterea cum in oppido de Nagera adsit Parochia S. Jacobi, de qua non controversum est, quin sit de Diocesi Episcopi Calaguritanì, idem de to- to oppido praesumendum est.

Accedunt

Accedunt testes Episcopi deponentes, Episcopum semper exercuisse jurisdictionem ordinariam in oppido Nagera, tam contra Laicos, quam contra Clericos, exemptis Clericis & beneficiatis Parochiarum sanctæ Crucis, & sancti Michaelis, quæ pertinent ad Monasterium. Idem deponunt testes Abbatis, qui contentio iam cumulativè cum Episcopo.

Concurrentibus itaque tot probationibus consequenter, visum fuit Episcopo competere mandatum de manutenendo uti Diocesano ex sola juris assistentia. *cap. cum persona. de priv. in 6. Caput aq. decis. 306. par. 1. & 201. par. 2. & ad hoc sufficit Episcopo possessio universalis, quam habet in sua Diocesi. Rot. decis. 2. n. 3. de prescrip. in Nov. Felin. in cap. auditis num. 2. eod. tit.*

Non obstat, quod oppidum Nagera olim fuit civitas Episcopalis, hoc non suffragatur statui præsentis, cum non probetur, quod tota jurisdicção, & totum jus etiam Diocesani illius quondam Episcopatus translatum fuerit in Monasterium.

Non obstat etiam exemptio personarum non facit locum exemptum. *C. per exemptionem. de priv. in 6. fuit dictum in Salamantina jurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram bo. mem. Laurentano.* Ultra quod Ecclesia exempta non desinit esse Diocesi. *C. cum Episcopus. de offic. ordinarij lib. 6.*

Non obstat, quod Abbas habeat jurisdictionem cumulativam cum Episcopo. Hoc enim non impedit, quo minus Episcopus remaneat verus Diocesanus, etiam si præscripserit jurisdictionem Episcopalem privativè. *Abbas in c. nims num. 1. de jur. jur. & in cap. irrefragabili. & ibi Felin. num. 1. de offic. ordinarij.*

Postremò non obstat privilegium Innocentii Papæ Octavi, quia illud exempti Monasterium ab Abbate, & ordine Cluniacen. & licet ad sit clausula, & Ordinarij, illa intelligenda est de ordinariis superioribus ordinis Cluniacen, alioquin verisimiliter nominasset Episcopum tanquam digniorem, prout neminavit Abbatem Cluniacen, minus dignum.

Declaratur autem DD. mandatum de manutenendo, quo ad actus jurisdictionales Episcopo uti Diocesano dandum esse restrictè ad terminos concordia.

In duabus sequentibus decisionibus declaratur stylus Romanae Curia concedendi exemptionem durante lite inter subditum & Prælatum ordinarium, sapè enim supplicationes desuper porriguntur Papæ in Signatura gratia, in quibus supplicans narrat litem sibi esse cum ordinario, seu quod sibi infestus sit, vel inimicus, aut gravem odio prosequatur, cumque ob hæc causas ipso qui dem jure exemptus non sit, sed

fit, sed maneat subiectus, idem, ne facile quilibet improbus litigator pro illa se eximere possit à superiore, fit commissio uni ex Prælatiis, ut cognoscat de iustitia, nimirum an talis sit lis, quæ sufficientem timorem pariat in iustæ oppressionis, an verò sit lis frivola & calumniosa, aut studio partis in longum protrahenda, quæ cognitione factâ si appareat inimicitias fore tales, quæ sufficientem præsumuntur reculationis causam, conceditur exemptio pendente lite, vel durante causâ inimicitiarum, & quandoque etiam restringitur ad certum tempus, ne subditus antea habeat litem protrahendi. Et de hoc stylo concedendi exemptiones in Signatura vel Marchesin. de Commiss. tom. 2. de commiss. avoc. caus. §. 1. num. 67. & seqq. Solent & tales exemptiones aliquandò concedi per Breve, ut testatur Staphilius de lit. grat. tit. de rescript. in forma Breve, §. indulgum num. 10.

DECISIO QUARTA.

Eximere solet Papa subditos à jurisdictione Episcopi durante lite, cui alioquin ipso jure subditus exemptus non sit.

R. P. D. CASSADORO.

In tit. de Privilegiis decis. 6.

SUMMARIUM.

- 1 Exemptus à jurisdictione Episcopi Clericus non est, propter litem inter ipsum & Episcopum.
- 2 Jurisdictio Episcopi lite pendente inter ipsum & subditum est suspensa quoad illam.
- 3 Papa solet eximere subditos à jurisdictione Episcopi lite durante.
- 4 Subditus propter severitatem à jurisdictione superioris eximitur.
- 5 Defensio unicuique jure permessa est.
- 6 Exemptio licet durante lite concedatur, restringitur tamen ad Superioris instantiam.

Licet inferior, & subditus Episcopo non sit exemptus ab eo, vel ejus jurisdictione, si ipse contra Episcopum, seu Episcopus contra eum litem moveat, sive in causa civili, sive in criminali, vel alia, cum hoc non reperitur jure cautum, quin potius contrarium, ut in c. nonne. l. III. q. III. & in c. olim. Ubi etiam glossa de accusa.